-4

CÉRÉMONIAL

DU

CONCILE PROVINCIAL

DE

QUÉBEC



QUÉBEC
IMPRIMÉ PAR AUGUSTIN COTÉ ET Cie, PLACE D'ARMES

1873

1873
(47)

CÉRÉMONIAL

DU

CONCILE PROVINCIAL

DE

QUÉBEC.

Le Concile de la province ecclésiastique de Québec se compose de l'Archevêque de Québec, et de ses suffragants, les Evêques de Montréal, d'Ottawa, des Trois-Rivières, de Saint-Hyacinthe et de Saint-Germain de Rimouski.

On convoque encore au Concile les Evêques Coadjuteurs.

Les Chapitres y sont représentés par des Délégués.

A l'arrivée des Evêques à la ville métropolitaine, on sonne les cloches, et l'Archevêque envoie au-devant d'eux quelques-uns des principaux de son clergé. Les Evêques se rendent d'abord à la métropole, et de là auprès de l'Archevêque.

Le Concile se constitue et procède :

1° en Congrégations particulières,

2° en Congrégations générales,

3° en Congrégations des Evêques,

4° en Sessions solennelles.

Les Congrégations particulières sont des commissions ou bureaux entre lesquels sont distribuées les matières dont le Concile doit s'occuper.

Les Congrégations générales sont celles dans lesquelles les Congrégations particulières font le rapport de leur travail, et le soumettent à la discussion pour former des décrets.

Ces Congrégations se composent des Evêques, des Procureurs des Evêques, des Députés des Chapitres, des Officiers du Concile et de tous les Théologiens et Canonistes.

Les Congrégations des Evêques ne se composent que des Pères du Concile. C'est dans ces Congrégations que les décrets sont définitivement adoptés, après que les Evêques ont entendu les diverses opinions émises dans les Congrégations générales.

Les Sessions solennelles sont celles où l'on prononce les décrets discutés et arrêtés dans les Congrégations.

Le costume des Evêques consiste dans le rochet et la mozette ; le Métropolitain porte l'étole. Tous les autres membres du Concile sont en habits ordinaires.

Dans les Sessions, les Evêques revêtent la chape par dessus le rochet et l'amict, et ils font usage de la seconde mitre (celle que le cérémonial des Evêques appelle *auriphrygiata*). L'Archevêque prend la chape

par dessus l'aube et l'étole, et porte la mitre précieuse. Les membres du Chapitre métropolitain portent la chape de même que les Procureurs des Evêques absents. Les Députés des Chapitres cathédraux ont leur habit de chœur ordinaire. Tous les autres ecclésiastiques sont en surplis.

La veille de l'ouverture du Concile, on sonne les cloches de toutes les églises de la ville en pleine volée, pendant un quart d'heure, après l'*Angelus* du midi et du soir. On les sonne de même le matin de l'ouverture, après l'*Angelus*, et depuis le moment où commence la procession jusqu'à celui où l'Archevêque arrive dans l'église. Les autres sessions s'annoncent aussi par le son de toutes les cloches, que l'on sonne encore durant le *Te Deum* de la clôture du Concile. Quant au reste la sonnerie se règle comme pour les fêtes solennelles.

Dans une Congrégation préparatoire, composée des seuls Evêques, on règle ce qui a rapport aux Congrégations et aux Sessions solennelles. Alors le Métropolitain propose aux Pères et désigne avec leur approbation les officiers du Concile :

Un Promoteur,
Un Vice-Promoteur,
Un Secrétaire,
Un Sous-Secrétaire,
Un Maître des cérémonies,
Un Sous-Maître des cérémonies.

Dans la même Congrégation, on fait la désignation des Théologiens et des Canonistes de chacun des Pères du Concile ; puis le Métropolitain indique le jour et

l'heure de la première Session, ainsi que le cérémonial à observer.

Les décrets qui doivent être publiés dans cette première Session sont au nombre de trois :—*De aperiendâ Synodo ;—de modo vivendi in Concilio ;—de professione fidei emittendâ.*

A l'issue de cette Congrégation préparatoire, l'annonce d'une Congrégation générale, qui doit précéder la première Session, est publiée et affichée en ces termes :

Illustrissimus ac Reverendissimus D. D. Archiepiscopus Quebecensis, reverendissimi D. D. Episcopi, Patres Concilii, universis et singulis qui Concilio provinciali de jure vel consuetudine interesse debent, mandant et præcipiunt, ut die...mensis...anni...in Palatio Archiepiscopali sistant se pro Congregatione generali in sacello dicti Palatii habenda; et ut Procuratores et Deputati, Procuratoria ibidem examinanda afferre non prætermittant.

De mandato Illustrissimi ac Reverendissimi.
D. D. Archiepiscopi Quebecensis.

N..., *Secretarius.*

PREMIÈRE SESSION.

Ouverture du Concile.

L'église où doit se tenir cette Session est ornée comme pour les grandes solennités.

A l'heure indiquée, tous les membres du Concile et tous ceux qui doivent assister à la Session d'ouverture se réunissent au lieu convenu, pour se rendre de là processionnellement à l'église dans l'ordre suivant :

Le Bedeau ;
Le Thuriféraire ;
Le Porte-croix, entre deux acolytes ;
Le Clergé ;
Les Chantres, en chape ;
Les Théologiens et Canonistes, en surplis ;
Les Députés des Chapitres cathédraux, vêtus de leur habit de chœur ordinaire ;
Les Procureurs des Evêques, en chape ;
Le Chapitre métropolitain ;
Les Pères du Concile, en rochet et en chape, avec la seconde mitre, accompagnés chacun de deux Aumôniers et suivis de leurs porte-insignes ;
Un Ecclésiastique en tunique, portant la croix archiepiscopale ;
Le Diacre et le Sous-Diacre d'office ;

L'Archevêque, habillé pontificalement, ayant la crosse à la main et la mitre précieuse en tête ; à ses côtés sont deux Diacres-assistants en dalmatique ;

Le Prêtre-assistant en chape ;

Le Porte-livre ; le Porte-bougeoir ;

Le Porte-mitre ; le Porte-crosse ;

Le Porte-grémial ;

Les Marguilliers.

On chante durant la procession les litanies des Saints, que l'on termine par l'*Agnus Dei* au moment où le Métropolitain arrive au pied de l'autel.

Arrivés à l'église, les Pères du Concile, après avoir fait la génuflexion, se rendent aux fauteuils disposés pour eux ; derrière chacun des prélats se placent un aumônier et les porte-insignes. Les autres membres du Concile prennent les places qu'on leur a indiquées.

Le Métropolitain, après avoir prié quelque temps à l'autel, se rend à son trône, quitte la chape, revêt les tunicelles, la chasuble et le pallium, et commence la messe.

A l'offertoire, tous les Evêques sont encensés de trois coups ; les Procureurs des Evêques, les Membres et les Délégués des Chapitres le sont de deux coups ; les autres comme à l'ordinaire.

Après l'*Agnus Dei*, le plus ancien des Evêques, accompagné d'un cérémoniaire, va recevoir la paix, et la donne ensuite aux autres Evêques. Le Prêtre-assistant la porte au chœur comme aux messes pontificales ordinaires.

Le célébrant ne donne point la bénédiction à la

messe, parce qu'il doit la donner à la fin de la Session. Après l'évangile de saint Jean, il se rend au trône pour déposer la chasuble, le manipule et les tunicelles, et prendre la chape ; il revient ensuite, la mitre précieuse en tête, prendre place au fauteuil qu'on lui a préparé devant les marches de l'autel. L'orgue joue pendant le temps qui s'écoule depuis la messe jusqu'au retour de l'Archevêque à l'autel.

Le livre des évangiles est placé sur un trône au centre de l'hémicycle formé par l'assemblée des Evêques ; la croix archiépiscopale est fixée à ce trône.

Arrivé à son fauteuil, le Président du Concile quitte sa mitre, ainsi que les Pères, se met à genoux avec toute l'assistance, et entonne l'antienne suivante, que le chœur continue :

ANTIPHONA.

Exaudi nos, Domine, quoniam benigna est misericordia tua : et secundùm multitudinem miserationum tuarum respice nos, Domine.

Les chantres entonnent ensuite le psaume 68, pendant le chant duquel les Pères sont assis avec leurs mitres.

PSALMUS 68.

SALVUM me fac, Deus, * quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi, * et non est substantia.

Veni in altitudinem maris, * et tempestas demersit me.

Laboravi clamans ; raucæ factæ sunt fauces meæ . * defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, * qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei injustè : * quæ non rapui, tunc exsolvebam.

Deus, tu scis insipientiam meam : *et delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui expectant te, Domine, * Domine virtutum.

Non confundantur super me, * qui quærunt te, Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium, * operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, * et peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam zelus domûs tuæ comedit me, * et oppropria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in jejunio animam meam ; * et factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium : * et factus sum illis in parabolam.

Adversùm me loquebantur qui sedebant in porta ; * et in me psallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te, Domine : * tempus beneplaciti, Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, * in veritate salutis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar : * libera me ab iis qui oderunt me, et de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, * neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua : * secundùm multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne avertas faciem tuam à puero tuo : * quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Intende animæ meæ, et libera eam : * propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum et confusionem meam, * et reverentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, * improperium expectavit cor meum, et miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur, et non fuit : * et qui consolaretur, et non inveni.

Et dederunt in escam meam fel ; * et in siti mea potaverunt me aceto.

Fiat mensa eorum coràm ipsis in laqueum,* et in retributiones, et in scandalum.

Obscurentur oculi eorum, ne videant; * et dorsum eorum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam; * et furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta, * et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet;

Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt; * et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum; * et non intrent in justitiam tuam.

Deleantur de libro viventium; * et cum justi non scribantur.

Ego sum pauper et dolens: * salus tua, suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico, * et magnificabo eum in laude.

Et placebit Deo super vitulum novellum, * cornua producentum et ungulas.

Videant pauperes, et lætentur: * quærite Deum, et vivet anima vestra;

Quoniam exaudivit pauperes Dominus, * et vinctos suos non despexit.

Laudent illum cœli et terra, * mare et omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus salvam faciet Sion, * et ædificabuntur civitates Juda.

Et inhabitabunt ibi, * hæreditate acquirent eam.

Et semen servorum ejus possidebit eam ; * et qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

Gloria Patri.

Le psaume étant terminé, le chœur répète l'antienne *Exaudi nos*, à la fin de laquelle tous les Evèques, déposant leurs mitres, se lèvent, et le Président, tourné vers l'autel, chante l'invocation suivante :

ADSUMUS, Domine sancte Spiritus, adsumus, peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati : veni ad nos, adesto nobis, dignare illabi cordibus nostris : doce nos quid agamus, quo gradiamur ostende, quid efficiamus operare. Esto solus et suggestor et effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre, et ejus Filio nomen possides gloriosum : non nos patiaris perturbatores esse justitiæ, qui summè diligis æquitatem : ut sinistrum nos non ignorantiæ trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat ; sed junge nos tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, ut simus in te unum, et in nullo deviemus à

vero ; quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut hic à te in nullo dissentiat sententia nostra, et in futuro pro bene gestis consequamur præmia sempiterna.

Le chœur répond : *Amen.*

Le Président continue :

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui misericordia tua nos incolumes in hoc loco specialiter aggregasti ; mentes nostras, quæsumus, Paraclitus, qui à te procedit, illuminet et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem ; cunctosque in tua fide et caritate corroboret ; ut excitati à temporali Synodo, proficiamus ad æternæ felicitatis augmentum. Per eumdem Dominum....in unitate ejusdem..Amen.

Après cette Oraison, toute l'assemblée s'étant mise à genoux, les Pères avec leurs mitres, le Président appuyé sur son fauteuil, l'on chante les litanies des Saints.

LITANIÆ.

KYRIE, eleison. Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, miserere.

Spiritus sancte Deus, miserere.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora
Omnes sancti Angeli et Archangeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum Spirituum ordines, orate pro nobis.
Sancte Joannes Baptista, ora pro nobis.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriarchæ et Prophetæ, orate pro nobis.
Sancte Petre, ora pro nobis.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæ, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.

Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apostoli et Evangelistæ, orate pro nobis.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate.
Omnes sancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane et Sebastiane, orate.
Sancti Joannes et Paule, orate.
Sancti Cosma et Damiane, orate.
Sancti Gervasi et Protasi, orate.
Omnes sancti Martyres, orate.
Sancte Silvester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes sancti Pontifices et Confessores, orate.
Omnes sancti Doctores, orate.
Sancte Antoni, ora.

Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes sancti Sacerdotes et Levitæ, orate.
Omnes sancti Monachi et Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes sanctæ Virgines et Viduæ, orate.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius esto, parce nobis Domine.
Propitius esto, exaudi nos, Domine.
Ab omni malo, libera nos, Domine.
Ab omni peccato, libera.
Ab ira tua, libera.
A subitanea et improvisa morte, libera.
Ab insidiis diaboli, libera.
Ab ira et odio, et omni mala voluntate, libera.
A spiritu fornicationis, libera.
A fulgure et tempestate, libera.

A morte perpetua, libera.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, libera nos, Domine.
Per Adventum tuum, libera.
Per Nativitatem tuam, libera.
Per Baptismum et sanctum Jejunium tuum, libera nos, Domine.
Per crucem et Passionem tuam, libera.
Per Mortem et Sepulturam tuam, libera.
Per sanctam Resurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem Ascensionem tuam, libera.
Per adventum Spiritûs sancti Paracleti, libera.
In die judicii, libera nos, Domine.
Peccatores, te rogamus, audi nos.
Ut nobis parcas, te rogamus.
Ut nobis indulgeas, te rogamus.
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rogamus.
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere et conservare digneris, te rogamus.
Ut domnum Apostolicum et omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris, te rogamus.
Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rogamus.
Ut Regibus et Principibus Christianis pacem

et veram concordiam donare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut cuncto populo Christiano pacem et unitatem largiri digneris, te rogamus.

Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris, te rogamus.

Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas, te rogamus.

Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rogamus.

Ut animas nostras, fratrum, propinquorum et benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rogamus.

Ut fructus terræ dare et conservare digneris, te rogamus.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus.

Le Président se lève, et, tenant la crosse de la main gauche, il se tourne vers l'assemblée, et dit, en bénissant :

Ut hanc presentem Synodum, visitare, disponere et † benedicere digneris. R. te rogamus, audi nos.

Il se met à genoux, et l'on continue les Litanies :

Ut nos exaudire digneris, te rogamus, audi nos.

Fili Dei, te rogamus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Les Litanies étant terminées, tous se lèvent ; les Pères déposent leurs mitres, et le Président, tourné vers l'autel, dit :

OREMUS.

Le Diacre chante :

Flectamus genua.—Levate,

Le Président :

Da, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, misericors Deus, ut Spiritu sancto congregata, secura tibi devotione servire mereatur. Per Dominum... in unitate ejusdem. R. Amen.

Après cette oraison, le Président s'étant assis, de même que tous les Pères, il met de l'encens dans l'encensoir et le benit. Il donne ensuite la bénédiction au Diacre, qui, précédé du thuriféraire, des acolytes, d'un cérémoniaire et du Sous-Diacre, va chanter l'évangile suivant ;

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam, *c.* 9.

In illo tempore : Convocatis Jesus duodecim

Apostolis, dedit illis virtutem et potestatem super omnia dæmonia, et ut languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, et sanare infirmos. Et ait ad illos : Nihil tuleritis in via, nepue virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam : neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraveritis, ibi manete, et inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella, evangelizantes et curantes ubique.

L'Evangile chanté, le Sous-Diacre porte le livre ouvert à baiser au Président, que le Diacre encense ensuite.

Cependant, on annonce au Président l'hymne *Veni, Creator*.

Les Pères ayant déposé leurs mitres, et l'assemblée s'étant mise à genoux, le Président entonne l'hymne, après le premier verset de laquelle tous se lèvent et restent debout tournés vers l'autel jusqu'à la fin.

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,

Fons vivus, ignis, caritas,
Et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
Digitus paternæ dexteræ,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus :
Ductore sic te prævio,
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus, da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Teque utriusque Spiritum,
Credamus omni tempore.
T. P.—Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis,
Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

Hors le temps pascal la doxologie se dit comme suit :

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

L'hymne étant terminée, les Pères reprennent la mitre, tous s'asseyent, et le Président prononce l'allocution suivante :

VENERABILES Consacerdotes, et Patres carissimi ; præmissis Deo precibus, oportet ut ea, quæ de divinis officiis, vel sacris ordinibus aut etiam de nostris moribus et necessitatibus ecclesiasticis à nobis conferenda sunt, cum caritate et benignitate unusquisque vestrûm suscipiat, summaque reverentia, quantum valet, Domino adjuvante, percipiat, vel quæ emendatione digna sunt, omni devotione unusquisque fideliter studeat emendare ; et si cui forte quod dicetur, aut agetur, displiceat sine aliquo scrupulo contentionis, palam coram omnibus conferat : quatenus, Domino mediante, et hoc ad optimum statum perveniat : ita ut nec discordans contentio ad subversionem justitiæ locum inveniat, neque iterum in perquirenda veritate vigor nostri ordinis, vel sollicitudo tepescat.

Après cette allocution a lieu le sermon, si le Président a désigné quelqu'un pour porter la parole devant le Concile.

L'assemblée étant assise, les Promoteurs du Concile comparaissent, et présentent une requête à peu près dans la forme suivante, avec un préambule qui varie selon les occurrences.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, reverendissimi Patres ; cum Provinciæ Quebecensis Concilii per decretum diei...mensis ...anni...dies præsens adsit, nosque N... et N...Amplitudo vestra jam in prima Congregatione Promotores constituerit; pro nostri officii munere comparentes, instamus ac requirimus hoc provinciale Concilium metropolitana auctoritate rite denuntiatum atque promulgatum, hoc ipso die per vos deliberari et declarari incipere jamque incœptum esse. Cujus prosperum exoptamus successum, et à Deo supplices piis orationibus deprecamur.

Alors l'un des Secrétaires du Concile, accompagné d'un Cérémoniaire, fait un salut au Président et aux Pères, s'approche de l'autel, et reçoit de la main du Président le décret qui doit être publié : il salue de nouveau, monte en chaire, et lit à haute voix le décret *de aperiendâ Synodo.*

Ce décret publié, le Secrétaire, accompagné des Maîtres des cérémonies, s'avance vers le Président, et après l'avoir salué, il lui dit :

Illustrissime ac Reverendissime Domine, placetne decretum ?

Le Président ayant répondu : *Placet*, le Secrétaire le salue, et s'approchant des Pères du côté où siége le plus ancien, après les avoir salués, il leur dit :

Reverendissimi Patres, placetne vobis decretum ?

Ils répondent successivement, et chacun en particulier : *Placet.*

Le Secrétaire les salue de nouveau, et ayant fait de même pour les Pères qui se trouvent au côté opposé, il s'avance vers le Président, le salue, et lui dit :

Illustrissime ac Reverendissime Domine, decretum placuit Patribus.

Après quoi, il se retire.

Le Président prononce alors ces paroles :

Decretum placuit Patribus : itaque decernimus Concilii provincialis Quebecensis initium fieri, et jam factum esse.

On annonce au Président le *Te Deum.*

Le Président quitte la mitre, se lève, ainsi que les Evêques, prend la crosse, entonne le *Te Deum*, et reste debout tourné vers l'autel, jusqu'à la fin du Cantique.

CANTICUM.

Te Deum laudamus : * te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem * omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, * tibi Cœli, et universæ Potestates,

Tibi Cherubim et Seraphim * incessabili voce proclamant :

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus, * Dominus Deus sabaoth.

Pleni sunt cœli et terra * majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus * Apostolorum chorus,

Te Prophetarum * laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus * laudat exercitus.

Te per orbem terrarum * sancta confitetur Ecclesia,

Patrem * immense majestatis,

Venerandum tuum verum, * et unicum Filium :

Sanctum quoque * Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ, * Christe.

Tu Patris * sempiternus es Filius.

Tu, ad liberandum suscepturus hominem,* non horruisti Virginis uterum.

Tu, devicto mortis aculeo, * aperuisti credentibus regna Cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes * in gloria Patris.

Judex crederis * esse venturus.

Te ergo, quæsumus, famulis tuis subveni,* quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis * in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domine, * et benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, * et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies * benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum, * et in sæculum sæculi.

Dignare, Domine, die isto * sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Domine, * miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, * quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi, * non confundar in æternum.

Le cantique terminé, les Pères s'asseyent, et prennent la mitre.

Les Promoteurs font alors les instances suivantes :

Illustrissime et Reverendissime Domine, reverendissimi Patres, illud in more positum est, ab initio Concilii provincialis, decreta de modo vivendi in Concilio, de nominatim vocandis omnibus et singulis reverendissimis Patribus et Dominis Episcopis qui intersunt vel interesse debent Concilio provinciali, de ejusdem Concilii adjutoribus, et de non discedendo, legi atque edici ; ideo ab illustris-

sima et reverendissima Amplitudine vestra petimus, ut ista de suggestu legantur, edicantur et promulgentur.

Le Secrétaire, agissant de la manière précédemment indiquée pour la promulgation du Décret *De aperienda Synodo*, publie du haut de la chaire le Décret *De modo vivendi in Concilio*, après lequel il ajoute :

Quoniam autem ad hujus Concilii progressionem nonnulli adjutores et ministri requiruntur, constituimus :

Promotorem : D. N...

Vice-Promotorem : D. N...

Secretarium : D. N...

Sub-Secretarium : D. N...

Magistrum cæremoniarum : D. N...

Adjutorem Magistri cæremoniarum : D. N...

Deinde sub pœnis à jure statutis inhibemus, ne quis Episcoporum, aut eorum qui provinciali huic Synodo interesse debent, ex civitate N.... . discedere præsumat, nisi discessûs causa à Concilii Patribus cognita, à nobis approbata, ac legitimo deinde Procuratore suffecto.

Les suffrages recueillis en la forme décrite ci-dessus, le Président dit :

Decreta placuerunt Patribus : ideo agendæ sunt Deo gratiæ.

Les Pères répondent : *Deo gratias.*

Alors le Secrétaire dit du haut de la chaire :

Mox vocabuntur reverendissimi Patres Domini Episcopi qui huic Quebecensi Synodo provinciali intersunt, et interesse debent : qui ordine nominatim vocati singuli respondebunt : *Adsum.*

Et il fait de suite l'appel, suivant l'ordre d'ancienneté, en cette forme :

Reverendissimus Dominus N....., Episcopus N.....

Les Procureurs des Evêques absents répondent pour ceux qu'ils représentent : *Adest per procuratorem.*

Les Promoteurs font ensuite leur instance pour la Profession de foi à faire par les Evêques qui assistent, pour la première fois, en cette qualité, au Concile Provincial :

Illustrissime et Reverendissime Domine, sacrosancto Concilii Tridentini decreto constitutum et sancitum est, reverendissimos Episcopos in prima provinciali Synodo in qua ipsi interfuerint, omnia et singula a Tridentinis Patribus definita et statuta palam recipiant, veram obedientiam summo Pontifici Romano spondeant, simulque hæreses omnes publice detestentur et anathematizent. Ideo nos, N.....et N....., hujusce Concilii promo-

tores, ab illustrissima et reverendissima Amplitudine tua petimus, in hac Synodo provinciali, omnia ab iis qui tenentur, juxa Tridentinam sanctionem, præstari.

Le Secrétaire reçoit en la forme ordinaire, et lit du haut de la chaire le Décret *De Professione fidei.*

Ce Décret ayant été approuvé par les Pères, le Secrétaire lit à haute voix la formule de Profession de foi de Pie IV.

FORMA PROFESSIONIS

FIDEI CATHOLICÆ, APOSTOLICÆ ET ROMANÆ.

Ego N... firma fide credo, et profiteor omnia et singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum; et ex Patre natum ante omnia secula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine; et Homo factus est. Crucifixus etiam

pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundùm Scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, et vivificantem; qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et Unam Sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum: et vitam venturi sæculi. R. Amen.

Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes, et constitutiones firmissimè admitto et amplector.

Item sacram Scripturam, juxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto; nec eam unquam, nisi juxta unanimen consensum Patrum, accipiam et interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacramenta novæ Legis, à Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem

humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, et Matrimonium, illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem, sine sacrilegio iterari non posse.

Receptos quoque et approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione, recipio et admitto.

Omnia et singula, quæ de peccato originali et de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium Sacrificium pro vivis et defunctis; atque in sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento esse vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem, una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi; fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus, et totius substantiæ vini in sanguinem; quam conversionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantum specie,

totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari.

Similiter et Sanctos una cum Christo regnantes, venerandos, atque invocandos esse; eosque orationes Deo pro nobis offerre; atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmissime assero, imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum, habendas et retinendas esse; atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo.

Sanctam, Catholicam, et Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem et magistram agnosco; Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo ac juro.

Cætera item omnia à sacris Canonibus, et œcumenicis Conciliis, ac præcipue à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, et

declarata, indubitanter recipio, atque profiteor ; simulque contraria omnia, atque hœreses quascumque ab Ecclesia damnatas, rejectas et anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, et anathematizo.

Le Président, s'il doit faire la profession de foi, ayant quitté sa mitre, se met à genoux, pose la main droite sur les Evangiles, et dit :

Ego N. Archiepiscopus Quebecensis hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in prœsenti sponte profiteor et veraciter teneo, eamdem integram et inviolatam, usque ad extremum vitæ spiritum constantissime, Deo adjuvante, retinere et confiteri ; atque à meis subditis, seu illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, et prædicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem N. spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia.

Le Président s'étant assis, et ayant repris sa mitre, prend en ses mains le livre des Evangiles. Les Evêques, qui ont à faire la profession de foi, viennent successivement deux à deux prononcer les mêmes paroles, sans mitre et à genoux, ayant les mains posées sur les Evangiles.

Ensuite le Secrétaire, avec les cérémonies ci-dessus décrites, reçoit et publie le Décret sur la tenue de la seconde Session.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, reverendissimi Patres, placetne vobis secundam Sessionem fore die...., ita tamen ut ad alium diem transferri vel prorogari possit, si pro rebus Concilii bene gerendis conducere videbitur ?

Les suffrages recueillis en la forme accoutumée, le Président dit :

Decretum placuit Patribus ; itaque habebitur secunda Sessio die...

Si ce jour doit être changé, on l'annonce dans la Congrégation générale.

S'il est nécessaire de remettre à une autre heure où à un autre jour la continuation de la même Session, le Secrétaire lit le Décret suivant :

Illustrissime et Reverendissime Domine, Reverendissimi Patres, cum omnia quæ in præsenti Sessione tractanda erant, temporis defectu commode expediri non possint, placetne vobis hanc ipsam Sessionem continuari hodie (vel cras), hora... ?

Le Président et les Pères ayant répondu : *Placet*, le Secrétaire dit :

Nos, N....., Archiepiscopus Quebecensis, de consilio et consensu reverendissimorum Coepiscoporum nostrorum, decernimus et indicimus hujus Sessionis continuationem fore hodie (aut cras), hora...

Les Promoteurs, s'adressant aux Secrétaires, requièrent d'eux, ainsi qu'il suit, qu'ils rédigent le procès-verbal de la Session :

Nos, N... et N..., hujus Synodi provincialis Promotores, rogamus vos ejusdem Synodi Secretarios, hic præsentes, ut de omnibus et singulis in hac Sessione peractis, unum plurave conficiatis instrumenta.

Les Secrétaires répondent :

Conficiemus.

Alors le Président donne la bénédiction solennelle, et le Secrétaire publie du haut de la chaire quarante jours d'indulgences accordées par le Concile à tous ceux qui ont assisté à la cérémonie ; et ainsi se termine la première Session.

DEUXIÈME SESSION.

Tout s'y passe comme dans la première Session, excepté ce qui suit :

Après la Messe solennelle, le Président à genoux et sans mitre, ainsi que les autres Pères, entonne l'antienne suivante, qui est continuée par le Chœur, et après laquelle on entonne le Psaume 78. Le premier verset chanté, les Pères prennent leurs mitres et s'asseyent.

ANTIPHONA.

Propitius esto peccatis nostris, Domine nequando dicant gentes : Ubi est Deus eorum ?

PSALMUS 78.

DEUS, venerunt gentes in hæreditatem tuam : polluerunt templum sanctum tuum, * posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli, * carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Jerusalem ; * et non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris ; *

subsannatio et illusio his, qui in circuiti nostro sunt.

Usquequo, Domine, irasceris in finem; * accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt, * et in regna quæ nomen tuum non invocaverunt;

Quia comederunt Jacob, * et locum ejus desolaverunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ; * quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutaris noster; et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos: * et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus: Ubi est Deus eorum? * et innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est: * introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachii tui, * posside filios mortificatorum;

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: * improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi, Domine.

Nos autem populus tuus, et oves pascuæ tuæ, * confitebimur tibi in sæculum

In generatione et generationem, * annuntiabimus laudem tuam.

Gloria Patri.

Le Psaume fini et l'antienne répétée, les Evêques quittent leurs mitres et se lèvent. Le Président, tourné vers l'autel, chante les oraisons suivantes :

OREMUS.

NOSTRORUM tibi Domine, curvantes genua cordium, quæsumus, ut bonum quod in nobis a te requiritur exequamur : scilicet, ut prompta tecum sollicitudine gradientes, discretionis arduæ subtile judicium faciamus ; ac misericordiam diligentes, clareamus studiis tibi placitæ actionis. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

MENTIBUS nostris, quæsumus Domine, Spiritum sanctum benignus infunde : quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut hic à te in nullo dissentiat voluntas nostra ; sed semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita, et dictis exequamur et factis. Per Dominum... in unitate ejusdem... R. Amen.

OREMUS.

Le Diacre chante :

Flectamus genua. Levate.

Deus, qui nos justitiam loqui, et quæ recta sunt præcipis judicare : tribue nobis, ut neque iniquitas in ore, nec pravitas inveniatur in mente, ut puro cordi purior sermo consentiat, ostendatur in opere justitia, neque appareat dolus in lingua, sed ex corde veritas proferatur. Per Dominum....R. Amen.

L'Oraison terminée, le Diacre, avec les cérémonies indiquées dans la première Session, va chanter l'Evangile :

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore ; Designavit Dominus et alios septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis : Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite : ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, et neminem per viam salutaveritis. In quamcumque do-

num intraveritis, primum dicite : Pax huic domui ; et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra : sin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quæ apud illos sunt : dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque civitatem intraveritis, et susceperint vos, manducate quæ opponuntur vobis : et curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis : Appropinquavit in vos regnum Dei.

Après le baisement du livre et l'encensement, comme à la première Session, les Pères étant à genoux et sans mitre, le Président entonne l'hymne *Veni, Creator*, (p. 21.)

La première strophe chantée, les Pères se lèvent et restent tournés vers l'autel jusqu'à la fin de l'hymne.

L'hymne terminée, tous s'asseyent, les Evêques prennent la mitre, et le sermon, s'il doit avoir lieu, commence.

Après le discours, les Promoteurs requièrent la promulgation des Décrets.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Reverendissimi Patres, Decreta in proxima Congregatione (vel proximis Congregationibus) sancita, et communi omnium Patrum assensu comprobata, in hac secunda Synodi provinciali Sessione edici ac promulgari,

omni debita reverentia, instamus et requirimus.

Le Secrétaire, accompagné du Maître des cérémonies, reçoit, avec le cérémonial déjà cité, les Décrets des mains du Président, et va les publier en chaire.

Il publie en dernier lieu celui de l'indiction de la Session suivante, dans la même forme que dans la première Session.

Les Décrets approuvés et reçus suivant les formalités prescrites, le Président donne la bénédiction solennelle, et le Secrétaire publie quarante jours d'indulgence pour toutes les personnes qui ont assisté à la Session, puis le Concile se retire dans l'ordre où il était venu.

TROISIÈME SESSION.

Pour la troisième Session, l'ordre est le même que pour la deuxième, avec les seules modifications suivantes :

Après la Messe, le Président entonne l'antienne *Exaudi nos, Domine*, et les chantres entonnent le Psaume 68, *Salvum me fac, Deus*, (p. 9,) à la fin duquel on répète l'antienne.

Puis le Président chante les Oraisons suivantes :

OREMUS.

Ad te, Domine, interni clamoris vocibus proclamantes, unanimiter postulamus, ut respectu tuæ gratiæ solidati, præcones veritatis efficiamur intrepidi, tuumque valeamus verbum cum omni fiducia loqui. Per Dominum.... R. Amen.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sacro verbi tui oraculo promisisti, ubi duo, vel tres in nomine tuo congregati essent, te medium fore : adestro cœtui nostro propitius, et cor nostrum illumina misericors ; ut à bono misericordiæ tuæ nullatenus aberremus, sed rectum justitiæ

tuæ tramitem in omnibus teneamus. Per Dominum....R. Amen.

ORLMUS.

Le Diacre chante :

Flectamus genua.—Levate.

Deus, qui populis tuis indulgentiâ consulis, et amore dominaris ; da Spiritum sapientiæ tuæ, quibus dedisti regimen disciplinæ : ut de profectu sanctarum ovium fiant gaudia æterna Pastorum. Per Dominum...in unitate ejusdem.... R. Amen.

Le Diacre, avec toutes les cérémonies prescrites à la première Session, va chanter l'Evangile :

Sequentia sancti Evangelii secundùm Matthæum.

In illo tempore, Dixit Jesus discipulis suis : Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, et publicanus. Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis super ter-

ram, erunt ligata et in cœlo ; et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cœlo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quacumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus, ad eum dixit ; Domine, quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei ? usque septies ? Dicit illi Jesus : Non dico tibi usque septies ; sed usque septuagies septies.

Après le baisement du livre et l'encensement, le Président entonne l'hymne *Veni Creator*, (p. 21.) Cette hymne est suivie de la prédication, et la Session se termine comme la précédente.

Après la troisième Session, si le Concile en tient d'autres avant celle de la clôture, on reprend successivement les prières et les cérémonies de la deuxième et de la troisième Session.

SESSION DE CLOTURE.

Les cérémonies et les prières sont celles de la deuxième ou de la troisième Session, selon ce qui est dit plus haut.

Après la prédication, les Promoteurs demandent la publication des Décrets adoptés par les Pères, et ensuite a lieu l'appel nominal.

Ecclesiasticæ disciplinæ legibus innixi, instamus et petimus Reverendissimos Episcopos, et alios qui de jure aut consuetudine hujus Provincæ Synodo interesse teneantur, nominatim vocari, et contra absentes qui per se, seu per alios, constituto tempore legitimè non comparuerunt, prout juris fuerit, agi et procedi.

Le Secrétaire fait alors l'appel nominal de tous les membres du Concile, qui, de droit ou de coutume, sont tenus d'y assister.

Après quoi les Promoteurs demandent qu'on publie le décret de souscription.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Reverendissimi Patres, cùm hæc Synodalis actio ad finem jam perveniat, instamus et petimus, sicut sacris Canonibus sancitum est, omnes qui *decisivam* in Concilio vocem habent, non prius discedere, quam omnia ejus decreta sua manu subscripserint.

Alors le Secrétaire lit le Décret suivant:

Illustrissimus et Reverendissimus N..., Archiepiscopus Quebecensis, admonet reverendissimos Patres omnes, qui huic Synodo jure intersunt et interfuerunt, ut post se, singuli loco et ordine suo ad altare accedant, et iis quæ in hac Synodo decreta sunt subscribant.

Mandat etiam Episcoporum absentiam Procuratoribus, ut nemo eorum, proposita excommunicationis pœna, ex hac urbe discedat, nisi prius sui Episcopi nomine, decreta in hac Synodo edita suscipiens, unusquisque illis subscripserit.

Ce Décret ayant été approuvé des Pères du Concile en la manière accoutumée, le Président, après avoir fait une inclination aux Evêques, se tourne vers l'autel, salue la croix, et signe de cette manière:

Nos, N..., N..., Archiepiscopus Quebecensis, hæc decreta a nobis definita subscripsimus.

† N..., Archiepiscopus Quebecencis.

Le Président ayant repris sa place, les Evêques s'approchent de l'autel, en faisant un salut au Président, puis à la croix, et signent ainsi:

Ego N..., Episcopus N..., definiens subscripsi.

Les Procureurs des Evêques absents signent comme il suit:

Ego N..., Illustrissimi ac Reverendissimi

Domini N..., Episcopi N..., ad id procurator ejus specialis et Ecclesiæ suæ nomine, definiens subscripsi.

Les Coadjuteurs signent :

Ego N..., Episcopus N..., subscripsi.

Les Evêques étant retournés à leurs siéges, les Promoteurs requièrent le Décret pour la convocation du prochain Concile Provincial.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Reverendissimi Patres, cautum est sacris Ecclesiæ Canonibus proximam Synodum provincialem in Sessione indici ; ideo humiliter petimus proximum Provinciæ Quebecensis Concilium futurum jam denun i, et indici omnibus qui præsentes adesse debent.

Le Secrétaire publie le Décret et les Promoteurs demandent le Décret *de fine Concilii*, en ces termes :

Cum ea quæ ad restitutionem et conservationem Christianæ disciplinæ in ista Provincia, pro hujus temporis ratione, agenda videbantur, Deo auctore et adjutore confecta sint, et pastoralis cura reverendissimos Episcopos qui huic Synodo interfuerunt et intersunt, ad Ecclesiarum suarum pastorales vigilas revocet ; propterea nos hujus Concilii Promotores, instamus atque petimus ut huic finem imponere et jam imponi decernatis.

Le Secrétaire lit le Décret suivant :

Illustrissime et Reverendissime Domine, Reverendissimi Patres, placetne vobis, ad laudem Dei omnipotentis, hujus Concilii provincialis finem jam fieri ?

Tous les Pères ayant répondu : *Placet*, le Président prononce ces paroles :

Placuit omnibus Patribus ; itaque nos, provinciali Quebecensi Concilio finem facimus, et jam nunc factum esse decernimus.

De son siége, il adresse une courte allocution aux membres du Concile, et dès qu'il a terminé, il se lève, quitte la mitre, prend la crosse, et entonne le *Te Deum*, (p. 25.)

V. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu. (*Temp : pasc :* Alleluia.)

R. Laudemus et superexaltemus eum in secula. (Alleluia.)

OREMUS.

NULLA est, Domine, humanæ conscientiæ virtus, quæ inoffense possit tuæ voluntatis judicia experiri ; et ideo, quia imperfectum nostrum vident oculi tui, perfectioni deputa misericors Deus, quod perfecto æquitatis fine concludere peroptamus : te in nostris principiis occursorem poposcimus ; te in hoc fine judiciorum nostrorum indultorem nostris excessibus speramus ; scilicet, ut ignorantiæ

parcas, errori indulgeas, ut perfectis votis perfectam operis efficaciam largiaris; et quia conscientia remordente tabescimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut præceps forsitan voluntas impulerit justitiam declinare; hoc te poscimus, te rogamus, ut si quid offensionis in hac Concilii celebritate contraximus, te miserante, indulgentiam sentiamus; ut in eo, quod soluturi sumus aggregatam Synodum, à cunctis primum absolvamur nostrorum nexibus delictorum; qualiter, et transgressores venia, et confitentes tibi, subsequatur remuneratio sempiterna. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Cette Oraison terminée, les Pères font de solennelles acclamations.

Le Secrétaire :

Beatissimo Domino nostro N... Papæ N..., sanctæ et universalis Ecclesiæ Pontifici, omnium christianorum patri et infallibili doctori, benedictio Dei omnipotentis; Christiani nominis in omnes terrarum regiones propagatio, cunctarum gentium obedientia et in unum ovile adunatio.

R. Benedictio super illum, diuturna prosperitas, sanctæ Dei Ecclesiæ exaltatio.

Le Secrétaire :

Reverendissimum Dominum hujus Pro-

vinciæ Metropolitanum, et in hoc Concilio præsidentem, rore gratiæ suæ perfundat Deus, et ad gloriam æternam reservet.

R. Rore gratiæ suæ perfundat eum Deus, ad gloriam æternam conservet

Le Secrétaire :

Reverendissimos Episcopos, quos Spiritus sanctus in hac Synodo congregavit ad gloriam et utilitatem Provinciæ nostræ, ad Ecclesias suas feliciter reducat incolumes, et ad multos nonas conservet.

R. Incolumes reducat, et ad multos annos conservet :

Le Secrétaire :

Omnibus in hoc Concilio Congregatis, pax vera et copiosa benedictio.

R. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis.

Le Secrétaire :

Patriæ nostræ, et omnibus populis Christianis Catholicæ religionis zelus, justitia, et pacis fecunditas, et contra Christianæ fidei hostes victoria.

R. Zelus fidei, justitia, pax et victoria.

Le Secrétaire :

Civitati et Provinciæ Quebecensi tranquillitas, salus, et divinarum gratiarum abundantia.

R. Gratia nobis et tranquillitas multiplicetur.

Le Secrétaire :

Decretorum hujus Concilii observantiam salutarem, omnes qui adsumus, unanimi voto à Deo bonorum omnium largitore humiliter imploremus, intercedente beatissima Dei genitrice Virgine Maria, cum beatis Apostolis Petro et Paulo, beatis hujus Provinciæ Patronis, et omnibus Sanctis.

R. Fiat, fiat : Amen, amen.

Les acclamations terminées, les Evêques, en mitre, s'approchent du Président, lui font une inclination, et reçoivent le baiser de paix, qu'ils lui rendent ensuite ; puis étant revenus à leur place, ils se donnent réciproquement le baiser de paix.

Le Président donne ensuite la bénédiction solennelle.

Le Secrétaire publie quarante jours d'indulgences pour ceux qui ont assisté à la cérémonie.

Le Diacre chante :

Recedamus cum pace.

Tout le monde répond :

In nomine Christi.

Cela fait, le Président et les Pères quittent leurs ornements, font une courte prière, et se retirent.

FIN.

pli-

sa-
o à
m-
ni-
olis
Pa-

re,
on,
ent
ent

en-

ces

urs